Úřední prameny





pramen

literatura

edice



A.

ad unam quamque artem pertinentem. Villas quoque XIIII hospitibus deputatas, VI vero servientibus ac aratoribus cum omnibus necessariis, scilicet silvis ac aratris condonavit. Vineas quoque duas cum vinitoribus, quanti sufficerent ad excollendas eas, dedit. Puellas operatrices XXX. Equas quoque centum cum campo magno, totidemque oves; vaccas autem XXX et LXX sues. Vias duas, unam per silvam ad Hlmecs[1] octava ebdomada accipiendam predictę concessit ecclesię; alteram per aquam Vzthi,[2] que duci pertinuit, addidit. In ipsa vero civitate, qua prefata collocata est ęcclesia, quicunque huius patrię incolę sal vel alia quelibet per aquam advehunt, II partes preposito, terciam vero fratribus acomodavit. De parva navicula XV denarios, cuiuscunque sit, servi vel liberi, precepit dari. De magna autem II mensuras, preter illos, qui sal duci debent, et ipsos eciam medietatem persolvere iussit. Hospitum autem naves naviculasque sic ordinavit, ut de maxima nave II mensuras magnas, de mediocri unam, de parva, quot mensurę sint, tot denarios persolverent. Rusticos vero de ipsa civitate XII, de Belina[3] totidem ordinavit. Illos autem, qui pro-

B.

licet filiis[c] ac aratris ecclesiam ditavit. Vineas quoque duas cum vinitoribus, quanti sufficerent ad excollendas eas, dedit. Puellas XXX operatrices. Equas quoque C (tum) cum campo eis destinato, totidemque oves, vaccas autem XXX et LXX sues. Vias vero duas, unam per silvam * Hulmez[1] decimam[d] ebdomadam accipiendam predicte concessit ecclesie, alteram quoque per aquam Vsti,[2] que duci pertinuit, addidit. In ipsa vero civitate, in qua prefata collocata est ecclesia, quicunque huius patrie incole sal alec[e] sive alia queque per aquam adveunt, II partes preposito, terciam que fratribus accomodavit. De parva navicula XV denarios, cuiuscunque sint,[f] servi aut liberi, dari precepit. De magna autem duas mensuras preter illos, qui sal duci debent, et ipsos eciam medietatem persolvere iussit. Hospitum autem naves naviculasque sic ordinavit, ut de maxima nave duas magnas mensuras, de mediocre unam, de parva quot mensure * tot denarii persolverentur. Rusticos vero de Lutomericensi provincia XII, de Belinensi[3] totidem ordinavit, Illos autem, qui proprie omni anno mel ex ortis solvere debent, VI constituit. Ex hiis igitur, que prediximus, videlicet vendicione hospitum [g] et de tributis nec non de viis et de apiariis * tercia pars sine offensione fratribus decreta est. Insuper eciam de grege equarum uno quoque anno poledrus pro tunica unicuique eorum destinatus est. Legalis autem decimacio ab hominibus ecclesie

55. *B* *c) ita B vice* ,silvis'. — *d)* ,decimam' *in loco raso obscuriore atramento alia, posterior, ut videtur, manus scripsit.* — *e)* ,alec' *in loco raso alia posterior, ut videtur, manus obscuriore atramento scripsit.* — *f) ita B.* — *g) genuine* ,ospitum' *scriba posuit, postea autem* ,h'



Originál – konfirmace (ověřený opis) – moderní opis







Galerie Karoline

www.manuscriptorium.com

monasterium.net



26. listopadu 1048, Rajhrad

Kníže Břetislav potvrzuje majetky darované klášteru v Rajhradě, který sám založil, a také stejné svobody, jaké má klášter v Břevnově.

Kodak
KODAK Color Control Patches
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black



www.cms.flu.cas.cz

- *Codex diplomaticus et epistolaris Moraviae I*. Ed. Antonín Boček. Olomucii 1836, č. 137, s. 122–123.

- *CDM, „moravský kodex“, „moravský diplomatář“*
- *XV svazků*
- *Do roku 1411*
- *Bočkova falza*
- *Lepší technika vydání až sv. XIV a XV (ed. Bertold Bretholz)*



CODEX

DIPLOMATICUS ET EPISTOLARIS

MORAVIAE.

STUDIO ET OPERA

ANTONII BOCZEK,

SOCIETATIS SCIENTIARUM BOEMICAE ET ALIARUM MEMBRI

NEC NON PROFESSORIS PUBLICI.

TOMUS PRIMUS

AB ANNIS 396—1199.

OLOMUCII, 1836.

EX TYPOGRAPHIA ALOYSII SKARNITZL.

nodauit. Datum in vrbe *Praga*. Anno gratie Millesimo XLV. XV. Kal. Nouembris.

Ex orig. cum sigillo pendente illaeso in archivo archiep. Olomuc. — Item exstat copia in collectione Friebekii e cod. membr. sec. XIII monast. Rayhrad. — Excusum dederunt: Ziegelbauer in hist. Brewn. p. 241. — Piter Thes. p. 61. — Ludewig reliq. VI. 51. — Item Dobner Annal. V. 285. ex alio autographo cum sigillo affixo in archivo Brewnow. asservato.

CXXXVII.

Břelislaw, Boemorum dux, dotat fundatum a se monasterium in castro deserto Raygrad. Dt. in castro Raygrad VI. Kal. Decembris, 1048.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Brachizlaus*, Dei gratia Boemorum dux. Omnibus Christi fidelibus tam moderni quam futuri temporis. Saluator noster pauper uenit in mundum. sicut ipse testatur. Vulpes foueas habent et uolucres celi nidos. filius autem hominis non habet. ubi caput suum reclinet. Cum autem religio christiane salutis omnipotente Deo auxiliante longe lateque per uniuersum mundum meruit solidari. ex tunc ecclesie Jesu Christi et patrimonia multiplicari ceperunt. et crementa recipere per principes et reges et heredum successores. quorum ego *Brachizlaus* esse cupiens imitator. pro remedio anime mee et parentum meorum. ad honorem Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli. ecclesiam *in castro Raygradensi* propriis sumptibus construxi. tali scilicet tenore. vt in perpetuum tam in temporalium ordinatione. quam in omni disciplina et reuerencia *Brevnovensi* subiaceat ecclesie. Ad consolationem autem pauperum fratrum Deo militantium. quos ibidem abbas Brevnovensis manere decreuerit. villam *Raygradensem* una cum tabernis absolute et forum et theloneum in ponte eiusdem ville ab omni extranea contradidi exactione. Villam *Popowici* cum omnibus suis attinentiis similiter large et libere obtuli. terminus autem silue. que ipsi attinet ville. a *Bobrava* deorsum usque ad terminum *Bluchine*. sic et flumen *Zuratcha* ad eosdem terminos usque

deriuatur. Dedi etiam villam *Opatowici*. similiter cum pratis et flumine et silua. terminus autem huius ville usque ad terminos Bluchine et usque ad pontem ville proxime *Vzose* nomine. protenditur. Ad hec in *Brunensi prouincia* decimationem frumenti ac decimi nummi. et villam *Obvcheri* cum omnibus suis appendiciis. et decimam thelonei. quod *Brod* vulgo appellatur in flumine *Olzawa* donaui. Preterea considerans. non posse sufficere fratribus in *Raygrad* siluas donatas ad omnem necessitatem. circuitum *Domasove* larga beniuolencia et absolute ipsis contradidi. Extenditur autem circuitus a villa et riuo Bobravva usque ad riuum *Bietesca* et usque ad terminos *Lucka*. In speciales vero usus fratribus in Brevnov villam *Raygradici* similiter et tabernarios in *Lucka* constitui. Predictorum quippe villarum hominibus eandem pacem et quietem concedo. quam dudum attauus meus. dux Bolezlaus ad petitionem sancti Adalberti episcopi Pragensis Brevnovensi monasterio concessit. videlicet. ut uniuersi homines, ad Brevnovense monasterium per totam Boemiam et Morauiam pertinentes. ab omni lege prouinciali. et ab uniuerso opere et tributo principum sint omnino liberi. Et ut hec firmitatem perpetuam obtineant. hanc paginam donationis mee. appensione sigilli mei munire decreui. Acta sunt hec ab incarnatione Domini anno millesimo XLVIII. *Et eodem anno. celebrata est gloriosa dedicatio oratorii in castro Raygradensi* in honore sanctorum apostolorum a uenerabili patre nostro. domino *Seuero* Pragensis ecclesie episcopo sexto. VI. Kalendas Decembris. presente me Brachizlao duce eiusdem oratorii constructore. et domino abbate *Maynhardo* Brevnovensis cenobii. Presente eciam filio meo *Zpitigneo*. et Stiborio castellano Pragensi. et Johanne iudice totius prouincie Pliznensis. et Chunone dapifero et Marquardo castellano Znoymensi. et presentibus aliis quam plurimis nobilibus Boemie et Morauie. Datum eodem die per manum Hugonis. notarii in castro Reygradensi. Contradictores huius priuilegii et invasores prenominate ecclesie. cum Dathan et Abiron quos terra uiuos absorbuit accipiant porcionem.

Ex ejusdem monast. autographo cum sigillo pendente protulit aeri incisum Piter in Thes. p. 138. — Item Dobner Annal. VI. post. pag. 296.

Regesta diplomatica nec non epistolaria Bohemiae et Moraviae I. Ed. Karel Jaromír Erben. Pragae 1855, č. 111, s. 45–46.

RBM

- regesta (výtahy, stručné obsahy listin)

- plánováno VIII sv. do roku 1378 (nyní k roku 1369)

- navazují *Regesta Bohemiae et Moraviae aetatis Venceslai IV. (1378 dec. – 1419 aug. 16.)* – místo chronologického vydávání podle provenienčního principu (míst uložení lpísemností)

REGESTA

DIPLOMATICA NEC NON EPISTOLARIA

BOHEMIAE ET MORAVIAE.

PARS I.

ANNORUM 600—1253.

OPERA

CAROLI JAROMIRI ERBEN,

ARCHIVARII REGIAE URBIS PRAGENSIS, REGIAE SCIENTIARUM SOCIETATIS BOHEMIAE SOCII ORDINARII, PARTIS HISTORICAE ET AD RES CIVILES PERTINENTIS CAES. REG. SOCIETATIS MORAVIAE AC SILESIAE PRO AGRICULTURA TERRAEQUE COGNITIONE BRUNAE SODALIS HONORARII, ADMINISTRANDI MUSEI REGNI BOHEMIAE DELECTORUM CONSORTIS, ATQUE PARTIS AD LINGUAM BOHEMICAM EJUSQUE LITERAS COLENDAS DESTINATAE, NEC NON PARTIS ARCHAEOLOGICAE EJUSDEM MUSEI SODALIS.

praecepi, praesente d. Severo, episcopo Pragensi, qui — praesentibus omnibus nobilibus Boemiae, donationis meae fraudatores vinculo anathematis innodavit. Datum in urbe Praga, anno gratiae MXLV. XV Kalend. Novembris.«

Orig. archivi archiep. Olomuc. — Boczek I. pag. 120, Nr. 136.

109) **1045, 22 Oct.** Ostrow. †

Bracizlaus, dux Boemorum, monasterio S. Johannis in Ostrov ordinis S. Benedicti donat castrum Gradek, situm ad influentiam rivuli *Hotunie* in flumen *Zazaua*. — »Nos (ad petitionem abbatis et conventus) — monasterio *Ostrow* illud castrum *Gradek*, quod quondam a praedecessoribus nostris e ruinis loci deserti ad custodiam aurifossorum, qui vulgo *ylouci* dicuntur et in *Ylou* habitant ibique in vicinia ab antiquo aurum de terra *ylouant* seu decutiunt, a fecibus terrae separant et lavant extractum, porro progenitoribus cujusdam Dlugomiri militis, dicti Wczelye[1]), pro praeda et incendio, quod avus noster ipsis in guerra intulerat, in restaurationem dampni in feudum traditum, ab ipsisque aliquo tempore tranquille tentum, abindeque nuncupatum fuisset, post ejus vero jam dicti Dlugomiri fugam in Poloniam fisco camerae nostrae celsitudinis obvenisset: illud posthac nunc, cum omnibus pertinentiis ejus, praedicto abbati et conventui seu monasterio ecclesiae *Ostrow* perpetuo possidendum tradimus et assignamus, ita quidem, ut praedictus abbas et conventus villas, agros, silvas, pascua, aquarum decursus, flumen *Zazoa*, piscatores, molendina, exitus et reditus ad ipsum castrum alias spectantia, et quidquid de agrorum et fundorum censibus manuperariis et carroperariis ad illud pertinet, libere — frui possint. — Addimus praeterea ad circiter quatuor mansos terrae incultae, frutectis tantum et arbustis occupatae, ad decursum fluminis *Zazoe* ex utraque ripa et ipso flumine usque ad infusionem ad flumen *Wltauam*, alias camerae nostrae spectantes, cum piscatoribus et *louchis* ibi habitantibus. Desuper ipsum abbatem et conventum inibi in bonis hujus castri ab omni servitute, quae vulgo *naraz* et *nozleh* dicitur, vel quocunque alio honere perpetuo liberamus. — Datum in praesentia domini Severi, ven. episcopi Pragensis, aliorumque nobilium terrae, in monasterio Ostrow ipsa die S. Severi episcopi et confessoris, anno salutis MXLV.«

Ex orig. sublesto olim in collect. excell. D. C. K. descripsit Pelzelius. — K. Sternberg, Gesch. d. böhm. Bergwerke, I, 1. Urkundenbuch, pag. 1. — [1]) Wrzelye.

110) **1048, 2 Oct.** Pholide.

Heinricus III. Rom. imperator confirmat Hartwigo, episcopo Babenbergensi, »praediolum Rotenmannum dictum, in marchia Gotefridi et in valle pagoque Palta situm, sclauonice etiam *Cirminah* nominatum,« quod Heinricus II. imperator ecclesiae praefatae tradiderat. — Data VI Non. Octobris. Anno dom. inc. MXLVIII. Ind. I. Actum Pholide.

Mon. Boic. XXIX. I, pag. 94. Nr. 370.

111) **1048, 26 Nov.** Raygrad. †

Brachizlaus, dux Boemorum, cellam Raygradensem in Moravia transformat in monasterium, assignatis sufficientibus fundis et possessionibus. — »Ecclesiam in castro *Raygra-*

densi propriis sumtibus construxi, tali scilicet tenore: ut in perpetuum tam in temporalium ordinatione, quam in omni disciplina et reverentia Brevnoviensi subjaceat ecclesiae. Ad consolationem autem pauperum fratrum, — quos ibidem abbas Brevnoviensis manere decreverit, villam Raygradensem una cum tabernis absolute et forum et theloneum in ponte ejusdem villae ab omni extranea contradidi exactione; villam *Popowici* cum omnibus suis attinentiis similiter obtuli. Terminus autem silvae, quae ipsi attinet villae, a *Bobrava* deorsum usque ad terminum *Bluchine*, sic et flumen *Zuratcha* ad eosdem terminos usque derivatur. Dedi etiam villam *Opatowici*, similiter cum pratis et flumine et silva; terminus autem hujus villae usque ad terminos *Bluchine* et usque ad pontem villae proximae, *Vzove* nomine, protenditur. Ad haec in Brunensi provincia decimationem frumenti ac decimi nummi, et villam *Obocheri*, — et decimam thelonei, quod *brod* vulgo appellatur, in flumine *Olzawa* donavi. Praeterea considerans, non posse sufficere fratribus in Raygrad silvas donatas ad omnem necessitatem, circuitum *Domasove* — ipsis contradidi. Extenditur autem circuitus a villa et rivo *Bobravva* usque ad rivum *Bietesca* et usque ad terminos *Lucka*. In speciales vero usus fratribus in Brevnov villam *Raygradici* similiter et tabernarios in *Lucka* constitui. Praedictarum quippe villarum hominibus eandem pacem et quietem concedo, quam dudum attavus meus — Brevvnoviensi monasterio concessit, videlicet: ut universi homines ad Brevnoviense monasterium per totam Boemiam et Moraviam pertinentes ab omni lege provinciali et ab universo opere et tributo principum sint omnino liberi. — Acta sunt haec ab inc. dom. anno MXLVIII. Et eodem anno celebrata est gloriosa dedicatio oratorii in castro Raygradensi in honore SS. Apostolorum a vener. patre nostro d. Severo, Pragensis ecclesiae episcopo sexto, VI Kal. Dec., praesente me Brachizlao duce, ejusdem oratorii constructore, et d. abbate Meynhardo Brevnoviensis coenobii; praesente etiam filio meo Zpitigneo, et Stiborio castellano Pragensi, et Johanne judice totius provinciae Pliznensis, et Chunone dapifero, et Marquardo castellano Znoymensi, et praesentibus aliis quam plurimis nobilibus Boemiae et Moraviae. Datum per manum Hugonis notarii, in castro Raygradensi.«

Orig. serius scriptum in arch. Raygrad. Piter p. 138. — Boczek I, pag. 122, Nr. 137.

112) **1049.** Olomuc.

Mutis miles ducis Moraviae Zpitignei donat ecclesiae S. Petri in Olomuc duos servientes suos Mirozlau et Suda pro remedio animae contectalis suae Lubohne. Testes: Sbor, Vysen, Prebor, Jarogneu. — Actum in Olomuc anno salutis MXLIX. —

Fragm. Monse. Lit. F. — Boczek I, pag. 124, Nr. 140.

113) **1051, 25 Oct.** Heimenburg.

Heinricus III. Rom. imperator donat ecclesiae de Heimenburg decimationem totius regionis, in finibus Ungarorum a Bohemis gladio adquisitae. — »Donavimus — decimum mansum rectamque fructuum decimationem totius regionis in finibus Ungarorum gladio ab hostibus [1]) adquisitae, in pago Osterriche, in comitatu .... ex una parte Danubii inter Fiscaha et Litacha, ex altera autem inter Strachtin et ostia Fiscahe usque in Maraha, ad altare

Codex diplomaticus nec non epistolaris regni Bohemiae I. Ed. Gustav Friedrich, Pragae 1907, č. 381, s. 356–358.

rc/index.php?s=v&cat=2&bookid=76&page=357

et eternas penas se nouerit incursurum. Datum in presentia domini Seueri,[l] venerabilis episcopi Pragensis, aliorumque nobilium terre in monasterio Ostrow ipsa die sancti Seueri[l] episcopi et confessoris anno salutis MXLV.

381.

(FALSUM S. XIII.)

Břetislaus, dux Bohemiae, ecclesiam in Raihrad a se constructam in ecclesiae Břevnovensis ditionem ac potestatem perpetuam subiungit eique villas non paucas et fructus quosdam publicos donat et easdem libertates concedit, quae a Boleslavo duce quondam monasterio Břevnovensi concessae sunt.

In castro Raihradensi 1048 nov. 26.

Instrumentum autographi instar manu saec. XIII exaratum in tabulario monasterii Raihradensis asservatur (A).

Ludewig, Reliquiae manuscr. VI, pag. 55, num. 30. — Ziegelbauer, Epitome hist. . . . monasterii Brevnoviensis, pag. 275 (ex apographo inserto Caroli IV Romanorum et Bohemiae regis confirmationi, cuius autographum in monasterii Břevnovensis tabulario asservatur). — Piter, Thesaurus absconditus, pag. 138 (ex A). = Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 297. — Dobner, Monum. hist. Boem. VI, pag. 6, num. 6 (reg.). — Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 122, num. 137 (ex A) = Erben, Reg. I, pag. 45, num. 111. — Schramm, Reg. z. Gesch. d. B.-A. Brevnov, in: Stud. u. Mitth. aus d. Ben.- u. Cist.-Orden III, pars I, pag. 68 (reg.). — Imago aeri incisa, quam Piter anno 1759 conficiendam curavit, nonnullis libri eius Thesaurus absconditus exemplaribus adiuncta est. Imaginem phototypicam praebet Friedrich in Sborník prací žáků Gollových ad pag. 74.

Tam sigillum diplomati appensum quam litterarum forma manifesto demonstrant diploma non ad Břetislavi ducis tempora referri posse Vir cl. Wattenbach scriptura sola innixus diploma saeculo XII minus recte attribuit; v Dudík, Gesch. d. Stiftes Raygern I, pag. 65 not. 12. — Dudík, Mährens allg. Gesch. II, pag. 244, not. 1 saeculo XII vel XIII diploma scriptum esse censet. — Comminatio, qua diploma concluditur, ad verbum privilegio, quod Přemysl, marchio Moraviae, a. 1234 nov. 2 eidem concessit monasterio (Boczek, Cod. Mor. II, num. 250 = Erben, Reg. I, num. 862) deprompta est; idem privilegium etiam in ea re diplomatis nostri scriba imitando consecutus est, quod ultimae vocis litteras distraxit: p-o-r-c-i-o n-e-m. *Loci, qui de libertatibus est a Boleslao duce concessis, nonnulla verba Břetislavi ducis diplomati spurio, anno 1045 oct. 18 dato (v. num. 379) desumpta sunt. Qua re diploma nostrum saeculo XIII exeunte confectum esse, comprobatur. Vide Friedrich, O dvou nejst. list. kl. Rajhrad. in Sborník prací žáků Gollových pag. 72 sq. — Locorum nomina explicat Wolný, Erläuterungen des Stiftungsbriefes d. Benedictinerabtei Raygern in Mähren v. J. 1048, in Hormayr's Archiv 1826, num. 89, pag. 473 sq. Dudík, Gesch. d. Stiftes Raygern I, pag. 66, 67.*

380. [l]) ‚Severi' *B*.

‖ In nomine sancte et individue trinitatis. ‖ Brachizlaus, dei gratia Boemorum dux, omnibus Christi fidelibus, tam moderni, quam futuri temporis. ‖ Salvator noster pauper venit in mundum, sicut ipse testatur: ‚Vulpes foveas habent et volucres celi nidos, filius autem hominis[a] non habet, ubi ‖ caput suum reclinet.'[1] Cum autem religio christiane salutis, omnipotente deo auxiliante, longe lateque per universum mundum meruit ‖ solidari, extunc ecclesie Iesu Christi et patrimonia multiplicari ceperunt et crementa recipere per principes et reges et heredum successores. Quorum ego Brachizlaus esse cupiens imitator, pro remedio anime mee et parentum meorum ad honorem dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli ecclesiam in castro Raygradensi propriis sumptibus construxi, tali scilicet tenore, ut in perpetuum, tam in temporalium ordinatione, quam in omni disciplina et reverencia Brevnovensi subiaceat ecclesie. Ad consolacionem autem pauperum fratrum deo militantium, quos ibidem abbas Brevnovensis manere decreverit, villam Raygradensem[2] una cum tabernis absolute et forum et theloneum in ponte eiusdem ville ab omni extranea cotradidi exactione, villam Popowici[3] cum omnibus suis attinentiis similiter large et libere obtuli; terminus autem silve, que ipsi attinet ville, á Bobrava[4] deorsum usque ad terminum Bluchine[5] sic et flumen Zuratcha[6] ad eosdem terminos usque dirivatur. Dedi eciam villam Opatowici[7] similiter cum pratis et flumine et silva; terminus autem huius ville usque ad terminos Bluchine[5] et usque ad pontem ville proxime Vzose[8] nomine protendit. Ad hec in Brinnensi provintia decimationem frumenti ac decimi nummi et villam Obvcheri[9] cum omnibus suis appendiciis et decimam thelonei, quod brod vulgo appellatur,[10] in flumine Olzawa[11] donavi. Preterea considerans non posse sufficere fratribus in Raygrad silvas donatas ad omnem necessitatem, circuitum Domasove[12] larga benivolentia et absolute ipsis contradidi. Extenditur autem circuitus á villa[13] et rivo Bobrowa usque ad rivum Bietesca[14] et usque ad terminos Lucki.[15] In speciales vero usus fratribus in Brevnov villam Raygradici[16] simul et tabernarios in Lucka[17] constitui. Predictarum quippe villarum hominibus eandem pacem et

381. *a) ‚hōis' eod. atramento eadem manu superscriptum A.*

[1]) Matth. VIII, 20. Luc. IX, 58. — [2]) Rajhrad, germ. Raigern, distr. pol. Hustopeč (Auspitz). — [3]) Popovice ab Rajhrad versus septemtrionem. — [4]) Bobrava rivulus, qui prope Popovice in fl. Svratka (die Schwarzawa) influit. — [5]) Blučina, germ. Lautschitz, ab Rajhrad versus meridiem et orientem. — [6]) Svratka, germ. die Schwarzawa. — [7]) Opatovice prope Rajhrad. — [8]) Vicus hic iam non exstat; situs erat in rivulo Cezava. — [9]) Fortasse Ořechov Velký, germ. Gross-Urhau, distr. pol. Brno (Brünn). — [10]) Theloneum hoc fortasse ibi situm erat, ubi nunc est Uherský Brod (Ungarisch-Brod). — [11]) Olšava flumen ab sinistra fl. Morava (die March) ripa. — [12]) Domašov a Brunna versus occidentem. — [13]) Villa haec a rivulo Bobrava denominata iam non exstat. — [14]) Byteška rivus, qui oppidum Byteš Velká (distr. pol. Velké Meziříčí) praeterfluit. — [15]) Lúčka; vicus hic iam non exstat. — [16]) Rajhradice, germ. Klein-Raigern, prope Rajhrad. — [17]) Loučka, germ. Lauka, prope Rajhrad.

quietem concedo, quam dudum attavus meus, dux * Bolezlaus, ad peticionem sancti Adalberti, episcopi Pragensis, Brevnovensi monasterio concessit, videlicet ut universi homines, ad Brevnovense monasterium per totam Boemiam et Morauiam pertinentes, ab omni * lege provintiali et ab universo opere et tributo principum sint omnino liberi *. Et ut hec firmitatem perpetuam obtineant, hanc paginam donationis mee appensione sigilli mei munire decrevi. Acta sunt hec[b] ab incarnatione domini anno millesimo XLVIII. Et eodem anno celebrata est gloriosa dedicatio oratorii in castro Raygradensi in honore sanctorum apostolorum á venerabili patre nostro domino Seuero, Pragensis ecclesie episcopo sexto, VI kalendas decembris, presente me Brachizlao duce, eiusdem oratorii constructore, et domino abbate Meynhardo Brevnovensis cenobii, presente etiam filio meo Zpitigneo et Stiborio, castellano Pragensi, et Iohanne, iudice totius provincie Pliznensis, et Chv̊none dapifero et Marquardo, castellano Znoymensi et presentibus aliis quam plurimis nobilibus Boemie et Morauie. Datum eodem die per manum Hvgonis notarii in castro Raygradensi. Contradictores huius privilegii et invasores prenominate ecclesie cum Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, accipiant porcionem.

(S. P.)

Autographo e filis sericis flaveis appendet sigillum rotundum de cera coloris fusci confectum, quod eadem forma provectum est atque in num. 379.

382.

(FALSUM S. XII.)

Břetislaus I, dux Bohemiae, ecclesiam collegiatam Boleslaviae fundat eique villas non paucas, servos et vectigalia in Bohemia et Moravia large donat.

— — —.

Apographum in charta manu saec. XVII ineuntis scriptum in tabulario capituli metropolitani Pragensis asservatur (B).

Balbin, Epitome hist. Boh. pag. 190 (ex apographo Pessinae de Czechorod). = Rohn, Antiquitates ecclesiarum, capellarum et monasteriorum ... districtus Boleslaviensis, pag. 4—7. = Dobner, Annal. Hagec. V, pag. 310. = Boczek, Cod. dipl. Mor. I, pag. 125, num. 141. = Erben, Reg. I, pag. 47, num. 115.

Schwartz ap. Menke, Script. rer. Germanic. I, col. 2023, not. 80 diplomatis fidem in dubium vocat; cf. Dobner l. l. pag. 313. Palacký ap. Erben, Reg. I, pag. 624 privilegium suspectum, non ante saeculi XI finem compositum esse declarat. Sed immunitates, quas diploma adfert, eam quae ad nos pervenit eius formam saeculo XII non esse antiquiorem, manifesto ostendunt. — In possessionibus describendis privilegii auctor memoriis antiquis verisimillime usus est; quae autem fuerit donatio primaria, quidve sit complexa,

381. *b) ‚h' eod. atramento superscriptum A.*

CDB
„český kodex"
„český diplomatář"

- plánován do roku 1310
- dnes VI sv. do roku 1283

- kritická edice



CODEX DIPLOMATICUS

ET EPISTOLARIS

REGNI BOHEMIAE

IUSSU COMITIORUM REGNI BOHEMIAE

EDIDIT

GUSTAVUS FRIEDRICH.

TOMUS I

INDE AB A. DCCCV. USQUE AD A. MCXCVII.

Archiv Koruny české

- dnes fond Národního archivu

- panovnické a zemské listiny

Monumenta Vaticana res gestas Bohemicas illustrantia (MBV, MV)

- Kuriální písemnosti pro příjemce v českých zemích v éře avignonského papežství a následné době
- Avignonský fiskalismus a centralismus
- Edice: Prodromus 1305–1342
- Sv. I – VII, období 1342–1431

Codex juris municipalis regni Bohemiae

I. Praha
II. a III. Královská města
IV/1-3 Poddanská města

privilegia pro česká města do r. 1526

Zemské desky

- pocházejí z činnosti zemského soudu

- Čechy: Praha

- Morava: Brno a Olomouc (od reformy Karla IV. r. 1348)

- Tzv. větší zemské desky – zápisy transakcí s alodním (svobodným, šlechtickým majetkem)
- Moravské ZD dochovány kontinuálně od r. 1348 v obou cúdách (brněnské a olomoucké)
- České ZD z větší části shořely při požáru Pražského hradu r. 1541

- Tzv. menší ZD – zápisy půhonů a nálezů zemského soudu (žalob a rozhodnutí, sporná agenda)



Libri confirmationum – prezentace (uvedení) kleriků do jejich úřadů (beneficií).

Libri erectionum – zakládání nových oltářů, kaplí apod., donace stávajícím

Libri ordinationum cleri – svěcení nových kleriků

Soudní akta pražské konsistoře – spory v rámci církevní správy

Vizitační protokoly – nejznámější vizitační protokol Pavla z Janovic , 1379–1382.

- *Archiv český*

- Zal. František Palacký
- Výběrová edice
- Až novější svazky tématické
- Vydávání obnoveno CMS